6. Í nafni samhljóðanda hvers sem eins er nokkurr raddirstafr, því at hvárki nefnir þau nöfn nē önnur eingi, ef þeir njóta eigi raddirstaða, sem fyrr var sagt. Nú þó at þat hljóð eða atkvæði, er samhljóðendr hafa, megi varla eitt saman atkvæða, enda sè þó nauðr at skilja hvat þeir stoða í málinu, enda stoði eingi þeirra þat allt í málinu, sem nafn hans er til, sem raddirstafirnir gjöra: þá mun ek svā haga nafni hvers þeirra, er áðr hafði eigi svā nafn til, at þá skal af nafninu skilja hvat hann stoðar í málinu, þó at áðr skili eigi. Skal þat atkvæði hvers þeirra í hverju máli vera, sem þá lisir nafnsins eptir, er or er tekinn raddirstafr or nafninu; b, d, g, h, p, t: þeir stafir hafa af því mundáng-mikit eins stafs atkvæði, at aldri má tvā samhljóðendr ens sama lutar setja í einni samstöfun fyrr raddirstafinnum. f, l, m, n, r, s: þeir stafir megu hafa tveggja samhljóðanda atkvæði hverr einn, ef svā mjök vill at kveða, svā sem hverr þeirra, er eptir raddirstafinn verðr settr, sem þar berr vitni, er vér nefnum þá með svā miklu atkvæði, sem mundim vér, ef svā skyldi rita nöfn þeirra: eff, ell, emm, enn, err, ess. Má ok mínnka atkvæði þeirra, þó at þeir standi eptir raddirstafi í samstöfun, ok sè svā nefndir, sem þessa kostar væri ritin nöfn þeirra: ef, el, em, en, er, es, sem ek læt þá svā heita alla, ok aldri hafa meirr en eins stafs atkvæði hvern, hvárt sem þeir

Quæ sic intelligenda sunt: noli cum hominibus loquacibus altercari, loquacitas multis, sapientia paucis data est. Hic finem facio dissertationi de vocalibus, pauca de consonantibus, deo permittente, disserere conaturus.

6. In nomine cujuscunque consonantis aliqua vocalis inest; neque enim hæc nomina, neque ulla alia, nisi vocalibus in auxilium sumtis, pronuntiari possunt, uti antea (§ 2 init.) dictum est. Etsi vero sonus sive potestas, qua consonantes gaudent, sola per se vix possit ore proferri, quum tamen necessarium sit intelligere, quid in sermone prosint, neque quæquam earum tantum in sermone possit, quantum nomine valeat, uti vocales faciunt: nomen uniuscujsusque earum, quale antea non habuerit, ita adcommodabo, ut ex nomine intelligi possit, quid in sermone valeat, etsi antea non fuerit intellectum. Ea cuique earum in quovis sermone potestas esto, quæ pars nominis, demta vocali, residua fuerit; b, d, g, h, p, t: hæ literæ ideo modicam (lenem) unius literæ prolationem habent, quod duæ consonantes ejusdem potestatis nunquam possunt vocali in eadem syllaba anteponi; f, l, m, n, r, s: ex his literis singulæ duarum consonantium pronunciationem habent, si quis eas tam plene proferat, quam quæque earum vocali postpositæ sonant; quod animadvertis potest, quum eas tam pleno sono pronuntiamus, quam pronunciationem, si nomina earum sic scribentur: *eff, ell, emm, enn, err, ess*. Sed potest quoque earum pronunciationem deminui, etsi vocali in syllaba postponantur, ut similiter pronuntientur, ac si nomina earum hoc pacto scribentur: *ef, el, em, en, er, es*, quæ nomina

standa syri raddirstafi í samstöfun eða eptir: nema þars ek rit samhljóðanda, hverngi er ek rit, með vexti höfuðstafsins, enda standi hann eptir raddirstafinn í samstöfun: þá læt ek þann einn jarteina eafnmikit, sem þar væri tveir einfiskonar ok ens sama konar ritnir, til þess at rit verði minna ok skjótara ok bóksfell drjúgara. Nú þars þeir stafir eru, er raddirstaf hesir eptra í nafninu, sem eru *b*, *c*, *d*, *g*, *p*, *t*, ok af því ofseykr eigi atkvæði nafns hvers þeirra: þá skipti ek þar höfuðstafsins nafni, ok set ek þá raddirstaf fyrr, til þess at aukast megi atkvæði þeirra svá í nafninu, sem annarsstaðar skulu þeir í málinu jarteina. Skal nú hvern samhljóðandi jammikit sitt atkvæði leggja til lags við raddirstaf þann er í nafni hans er, sem hann skal hafa við hvernig annarra, er hann verðr stafsaðr í hverju mál. En fyrir því nú, at sumir¹ samhljóðendr hafa sín likneski ok nafn ok jartein, en sumir² hafa höfuðstafs likneski ok nafn ok jartein, en sumir³ hafa höfuðstafs likneski ok skipat stöfum sumra í nafni, ok aukit atkvæði bæði nafns ok jarteinar, en sumir⁴ halda likneski sínu, ok er þó mínkat atkvæði nafns þeirra, ok jartein sú, er þeir skulu hafa í málinu, skal þeirri lík er í nafninu verðr⁵; þá skal nú sýna leita bæði likneski þeirra ok svá nöfn fyrir ofan ritin, at yfir þat megi nú allt saman líta, er áðr var sundrauslega um rætt:

b, *B*, *c*, *K*, *d*, *D*, *f*, *F*, *g*, *G*,
bè, *ebb*, *che*, *ecc*, *dè*, *edd*, *ef*, *eff*, *ge*, *egg*,

¹⁾ v. c.: *b*, *c*, *d*, *g*, *p*, *t*, *bè*, *cè*, *etc.* — ²⁾ v. c.: *B*, *ebb*, *etc.* — ³⁾ v. c.: *F*, *eff*, *etc.* — ⁴⁾ v. c.: *f*, *ef*, *etc.* — ⁵⁾ *emend.*; *verða*, *W*.

his omnibus adtribuo, ut singulæ nunquam nisi unius literæ potestatem habeant, sive vocalibus in syllaba præponantur, sive postponantur; excepto, quando consonantem, quamcunque tandem scribam, vocali in syllaba postpositam, figuræ literæ majusculæ expressero: tum enim huic uni eandem subjicio vim, ac si duæ unius ejusdemque potestatis scriptæ essent, eo fine, ut scriptio brevior et celerior fiat, membranaque diutius sufficiat. Quod autem adtinet ad eas literas, quarum nomina in vocalem desinunt, ut sunt *b*, *c*, *d*, *g*, *p*, *t*, quarum singularum nomina idcirco duplicem potestatem reddere non possunt: ea in causa nomen literæ majusculæ muto, vocalem præponendo, ut amplificata nominis pronuntiatio potestati, quam habere debent in sermone, respondeat. Igitur quæque consonans tantum potestatis addito vocali, quæ in ipsius nomine est, quantum addere debet cuiuscunque alii vocali, quacum in quoque sermone conjugatur. Idcirco, quandoquidem aliæ consonantes suam habent figuram, nomen et potestatem, aliæ figuram majuscularum commutatis nominis literis, amplificata et nominis et potestatis pronunciatione, aliæ figuram suam retinent, deminuta nominis pronunciatione, potestate, quam in sermone habere debeant, cum nominali potestate æquata: jam et figuræ earum et nomina suprascripta ostendere conabor, ut quæ antea sigillatim sunt disputata, nunc collecta universe in conspectum cadant:

b, *B*, *c*, *K*, *d*, *D*, *f*, *F*, *g*, *G*,
bè, *ebb*, *che*, *ecc*, *dè*, *edd*, *ef*, *eff*, *ge*, *egg*,

q, h¹, l, L, m, M, n, N, p, P,
eng, ha, el, ell, em, emm, en, enn, pè, epp,
r, R, s, S, t, T, x, X, þ.
er, err, es, ess, tè, ett, ex, exx.

7. Sá stafr, er hér er ritinn *c*, er latínumenn flestir kalla *ce*, ok hafa fyrir två stafi, fyrir *t* ok *s*, þá er þeir stafa hann við *e* eða² *i*, þótt þeir stafi hann við *a* eða *o* eða *v* sem *k*, sem svå stafa Skotar þann staf við alla raddarstafi í latínu, ok kalla *che*; hann læt ek ok che heita í oru stafrofí, ok stafa ek svå við alla raddarstafi, sem *k* eða *q*, en þá tek ek yr stafrofí báða, ok læt ek þenna einn³ fyrir hvárn hinna ok svå syri sjálfan sik, allz þeir höfðu áðr allir eitt hljóð í *flestum*⁴ stöðum eða jartein. En fyrir því at *c* hefir enn sama vöxt, hvárt sem hann er höfuðstafritinn eða eigi, allra helzt⁵ er ek rit *eigi* þá höfuðstafi stærri en aðra í riti, er eigi standa í vers upphafi, ok skulu två stafi earteina; *ok* þá rít ek fyrir hans höfuðstaf þenna staf *K*, fyrir því at þá hefir hann sinn vöxt, þótt nakkvat lægist við: er ok eigi allsjartekit til þess vaxtar honum, allz sá stafr stendr í griksku, ok heitir kappa, ok jarteinir xx í tölu þar; en hér skal hann í máli våru standa fyrir *cc*, sem aðrir enir

¹⁾ H, Ha add. W, sed contra expositionem auctoris sequentem. — ²⁾ W scribit e tantum, quæ litera sœpe in codice W pro particula eða adhibetur, etsi proprie sit litera æ vel œ, sed dubitari non potest quin hoc loco litera composita e idem valeat ac eða, loquitur enim auctor, non vocales latinas æ, e, œ, i, y, ante quas c ut ts pronuntiandum est, sed sonos islandicos, quibus vocales latinæ vulgo exprimebantur, nam

q, h, l, L, m, M, n, N, p, P,
eng, ha, el, ell, em, emm, en, enn, pè, epp,
r, R, s, S, t, T, x, X, þ.
er, err, es, ess, tè, ett, ex, exx.

7. Literam, quæ hoc loco scribitur *c*, quam plerique Latinorum appellant *ce* et loco duarum literarum usurpant, scilicet pro *t* et *s*, quando eam cum *e* aut *i* conjungant, etsi cum *a* aut *o* aut *v* conjunctam pronuntient ut *k*, quo sono Scotti eandem literam ante omnes vocales latini sermonis pronuntiant, et appellant *che*; hanc et ego *che* appello in nostro alphabeto, eamque ante omnes vocales profero ut *k* vel *q*, quas utrasque literas ex alphabeto eximo, et hanc unam pro utraque illa et pro semet ipsa substituo, quandoquidem hæ omnes literæ antea plurimis locis eundem sonum sive potestatem habuerunt. Sed quoniam *c* eandem servat figuram, sive scriptum sit forma literæ initialis, sive minus, præsertim quum literas initiales, quæ in principio periodi non stent, neque duas literas designare debeant, in inscriptione ceteris literis non majores exaro: pro hujus charactere hanc literam, *K*, scribo, eo quod tum figuram suam retinet, etsi aliquantum accesserit; quæ forma a justa figura non multum abscedit, quandoquidem ea litera in sermone Græco usurpatur et *kappa* vocatur, ibique numerum vicenarium significat. In

monachi ceterique viri docti vocales latinas i, y exprimebant per isl. e, lat. æ, e per isl. e, lat. œ partim per e, partim per i, isl. — ³⁾ c add. W, sed superflue. — ⁴⁾ supplevit jam Raskius hanc vocem, quæ in W excidit. — ⁵⁾ in W scriptum helldz.

smæri höfuðstafir jarteina två stafi í máli. Má hann ok í tölu værri jarteina tvö hundruð tírað, sem cè tvaú í latínu. Áðr hann væri syri två stafi settr, ok hann hét che, þá hafði hann estra *e* en *c* í nafni sínū; en nú skipti hann, ok hafi *e* fyrst í nafninu ok heiti *ekk*, enda siti um so-gört. Þat *n*, er stendr syri *g* hið næsta í einni samstöfum, þat er minnr í nef kveðit, en meirr í kverkr en önnur *n*, af því at þat tekur viðblad nakkvat af *g*; nú gjöri ek þeim af því vinveittar samfarar sínar, ok gjöri ek einn staf af báðum, þannz ek kalla *eng* ok rítk á þessa lund *q*¹. Hann læt ek jarteina einn sem hina två, svá at allt sè eitt, hvárt þú rítr hríngi eða hrígr, nema þat er rit minna, er stafir eru færi. Hvárki hefi ek brugðit vexti nè nafni á *h*, því at hann má hvárki vaxa nè þverra, nè á eingi veg skapast í sínū atkvæði. *x*, *v*², *z*, *ȝ*: þeirra stafa má þarnast, ef vill, í várū máli, því at eingi er einka jartein þeirra, allz þeir eru fyrir þá eina stafi hafðir, er áðr eru í stafrofi: sumir fyrir två, sem *x* ok *z*, *ȝ* eða ⁷, er fyrir fleiri verðr stundum; en sumir fyrir einn, sem *v*, eða stundum ⁷. *x*: hann er samsettr í latínu af *c* ok *s*; hann vil ek *ok* hafa svá samsettan í voru máli, ok ekki sinn láta hann

¹⁾ *hujus characteris figura in alphabetis runicis Anglo-saxonis et Germanicis est* *X*, *nomen ing*, *potestas ng*, *vide Annaler for nordisk Oldkyndighed* 1836-7, p. 261. — ²⁾ *y* h. l. dedit *W*, sed quoniam auctor h. l. de figuris consonantium loquitur, et antea vocalem *y* alphabeto islandico tanquam novam literam addidit, h. l. de nulla alia litera cogitare potuit, nisi de *v*; forma autem hujus literae h. l. profecta esse potuit ab litera anglosaxonica *p* (i. e. *v*). Ceterum notandum est, auctorem in sequentibus confundere literam latinam *v*, quæ

nostro autem sermone, ut literæ initiales minores duas literas significant, sic hæc litera duo *c* significato. Est quoque, ut apud nos in numerando significet numerum ducenarium denarum decadum, ut duo *c* in sermone latino. Hæc litera, antequam pro duabus literis posita fuit, dum adhuc *che* vocata est, in nomine suo *e* postpositum habuit literæ *c*: nunc autem has literas commutet inter se, nomenque habeat ab *e* incipiens, et vocetur *ecc*; quam rem sic institutam relinquo. Illud *n*, quod proxime antecedit *g* in eadem syllaba, sono minus nasali, magis vero gutturali, quam cetera *n*, profertur, eo quod sonum habeat ex *g* nonnihil admixtum; quam ob rem, amica inter eas societate juncta, unam literam ex duabus facio, quam appello *eng* et hoc modo scribo *q*; cui uni eandem potestatem tribuo atque illis duabus, ita ut perinde sit, utrum scribas *hringr*, an *hrígr*, nisi quod quo pauciores literæ, eo brevior scriptio est. Quum litera *h* neque amplificari, neque deminui, neque ulla ratione potestatem suam variare possit, neque figuram, neque nomen ejus mutavi. *x*, *v*, *z*, *ȝ*: his literis, quibus nulla sit peculiaris potestas, facile possumus in nostro sermone carere, quandoquidem earum solum literarum vicem sustinent, quæ antea in alphabeto erant, aliae duarum, ut *x*, *z*, *ȝ* aut ⁷, quod interdum pro pluribus ponitur, aliae unius, ut *v* aut interdum ⁷. *x*, ea litera in sermone latino composita est ex *c* et *s*; quam sic compositam in nostro sermone retineri, nec unquam initialem esse volo, quum nun-

consonans est, cum vocali græca v (lat. y), tum ob figuræ similitudinem, tum nominis (ve, vi).

höfuðstaf vera, því at hann verðr aldregi syrir *c* tvau, nè *s* tvau, ok eigi í upphafi vers nè orðs, nè samstöfunar¹. *y*, hann er grikkskr² stasfr, ok heitir þar *vi*, en Latinumenn hafa hann syrir *i*, ok í grikkskum orðum að eins þó, ef skynsamliga er ritað; ok þarf hann af því eigi hér í våra túngu, nema maðr vili setja hann syrir *v*³, þá er hann verðr stasaðr við annan raddirstaf ok hafðr syrir samhljóðanda; er þó láta ek af nú at rita hann, því at ek sækka *v* [*u*] þess meiri þörf fulltings en öðrum raddirstöfum, þá er þeir verða syrir samhljóðendr settir. *z*, hann er samsettr af daleth⁴, ebreskum staf, svá ritnum, *ȝ*⁵, ok settr er syrir *d*, ok af þeim öðrum er heitir sade, ok er svá ritinn, *x*⁶, ok er syrir *es* í latínu settr, allz hann sjálsr er ebreskr stasfr, er þó sè hann í latínu-stafrofi ok hafðr, því at ebresk orð vaða opt í latínunni. Honum vísa ek heldr or våru máli ok stafrofi, því at þó verða syrir nauðsynja sakir fleiri stasfr í þar, en ellegar vilda ek hafa: vil ek heldr rita, þeim enum fám sinnum er þarf, *d* ok *s*, allz hann er osvallt í oru máli af *d* samsettr ok *s*, en ekki sinn af [*s* ok *d*]⁷. *ȝ* er heldr samstöfun en stasfr, ok eru stasaðir saman *e* ok *t* í latínu, en *e* ok *p* í oru máli, ef hafa skyldi; en ek hefi hann sem sízt í oru máli ok stafrofi, þvíat alldregi verðr sú samstöfun svá í oru máli einsaman,

¹) ex emendatione Raskii pro: samstöfunnar, quod dedit W. — ²) hic auctor confundit latinam consonantem v cum vocali græca u. — ³) cogitat auctor h. l. vocalem u, quando pro consonanti usurpatur (i. e. pro v); sed tenendum est, eum figuram v in alphabetum islandicum admittere noluisse. — ⁴) deleth, W. — ⁵) figura in codice W scribitur ȝ. — ⁶) in W formatur þ. —

quam vicem præstet duorum *c* aut duorum *s*, neque periodum aut vocabulum aut syllabam incipiat. *y* est litera græca, in quo sermone vocatur *vi*, Latini vero eam usurpat pro *i*, idque tantum in græcis vocabulis, si recta scribendi ratio observetur; unde ea non opus est in nostra lingua, nisi si quis eam adhibere velit pro *v* (i. e. *u*), quando cum alia vocali in eadem syllaba conjungatur et pro consonante usurpetur; quanquam eam in numerum literarum recipere supersedeo, neque enim video, cur *v* (i. e. *u*) magis quam aliæ vocalcs, quando pro consonante ponuntur, adminiculo egeat. *z*, quod compositum est ex litera hebraica *Daleth*, quæ sic scribitur, *ȝ*, et pro *d* ponitur, item ex altera, quæ *Sade* vocatur et sic scribitur, *x*, in latino sermone ponitur pro *s*; nam proprie litera hebraica est, etiam in latino alphabeto etiam usurpetur: sæpe enim vocabula hebræa latino sermoni intermixta sunt. Hanc literam ex nostro sermone et alphabeto excludi placet; nam aliter plures, quam adhibere voluisse, literas in alphabetum admittere necessitate coactus sum: malo enim paucis illis vicibus, quum fuerit, *d* et *s* scribere, siquidem nostro in sermone *ȝ* semper compositum est ex *d* et *s*, nunquam ex *s* et *d*. *ȝ* potius syllaba est, quam litera, conjunctis in una syllaba *e* et *t* in sermone latino, in nostro *e* et *p*, si modo usurpandum sit. Sed hanc figuram in nostra lingua et alphabeto minime adhiberi volo, nunquam enim hæc syllaba in nostro ser-

⁷) a [sic dedimus, ut repugnantia codicis W tolleretur, qui scribit d ok s; Raskius pro d substituit ȝ, sed hæc litera in alphabeto auctoris non invenitur.

at eigi standi i þeirri hinni sömu samstöfun nakkvarr samhljóðandi syrir *e*-it. Titull hesir enn ekki eðli til stafs, en hann er þó til skyndígar rits ok mínnkunar settr syrir ýmsa stafi aðra, stundum syrir einn, en stundum syrir fleiri. Set ek hann optast syrir *m*, eða stundum syrir *n*, eða syrir *er* samstöfun¹, þann er *svð* er vaxinn². Kannka ek til þess meiri ráð en lítil: bindi hverr með titli sem tilfsyndiligt ok auðskilligt þikkir. Titull hesir þó nokkura jartein til nafns þess er hann á, þó at hann megi eigi svá merkja af nafni sem aðra stafi. Títan heitir sól, en þaðan af er mínkat þat nafn, er titulus er á latinu, titull kveðum vér, þat er sem lítil sól sè; þvíat svá sem sól lýsir þars áðr var myrkt, þá lýsir svá titull bók, ef syrir er ritinn, eða orð, ef yfir er settr.

Staf þann, er flestir menn kalla *þorn*, þann kalla ek af því heldr *the*, at þá er þat atkvæði hans í hverju málí, sem eptir lifir nafnsins, er yr er tekinn raddarstafirinn or nafni hans, sem alla hefi ek samhljóðendr samda í þat mark nú, sem ek reit snemma í þeirra umræðu. Skal þ standa syrri í stafrofi en titull, þó at ek hafa síðarr umræðu um hann, því at hann er síðarst í fundinn; en af því [*rædda ek*³] fyrr um titul, at hann var áðr í stafrofi, ok ek lét hann þeim fylgia í umræðu er honum likir⁴ þarnast sína jartein. Höfuðstaf *thesins* rit ek hvergi nema í vers upphafi; þvíat hans atkvæði má eigi æxla, þótt hann standi eptir raddarstaf í samstöfun⁴.

¹⁾ sic W. — ²⁾ a [add. Rask. — ³⁾ scilicet characteres x, v, z. — ⁴⁾ Itaque auctor literam þ et pro þ et pro ð usurpari voluit; adeoque hæc scriptiuncula composita est antequam ð ex alphabeto Anglosaxonico in Islandicum receptum fuit.

mone ita sola occurrit, ut non consonans aliqua vocalem *e* in eadem syllaba antecedat. Huc pertinet Titulus (nota, abbreviatio), qui quum propria natura indolem literæ respuat, tamen ad scripturæ celeritatem et brevitatem pro diversis literis, nunc una, nunc pluribus, ponitur. Evidem illum sæpissime adhibeo pro *m*, interdum pro *n*, aut pro syllaba *er* eum, qui tali figura est⁽⁷⁾. Quam in rem aliud consilium non novi, quam hoc tenue: quisque titulum compendiis scribendi adhibeat, prouti commodum et intellectu facile videbitur. Attamen titulus aliquam nominis, quod ei est, rationem adfert, etsi ratio nominis ejus non eodem, quo ceterarum literarum, modo reddi possit. *Titan* dicitur sol, unde descendit in sermone latino nomen diminutivum, *titulus*, qui nobis dicitur *titull*, quasi sol parvus; nam quemadmodum sol loca obscura collustrat, sic titulus præscriptus librum, suprascriptus vocabulum illustrat.

Literam, quam plerique vocant *þorn*, ideo potius *the* (i. e. *þe*) appellandam censeo, quod tum potestas ejus in omni sermone continebitur ea parte nominis, quæ, demta vocali, residua fit; ad quod exemplar omnium consonantium nomina adcommodavi, uti in principio dissertationis earum significavi. *þ*, de quo ideo posterius disserui, quod novissime sit in alphabetum receptum, priorem, quam Titulus, locum alphabeti obtinere debet. Ideo vero de Titulo prius locutus sum, quod prior in alphabeto erat, qua re in commentario eum adsociavi iis, quæ, illi similes, propria potestate carent. Figurem initialem literæ *þ* nusquam scribo, nisi in principio periodi: nam etsi vocalem in (eadem) syllaba sequatur, tamen ejus potestas amplificari non potest.

8. Nú þó að ek hafa mjök skyndilega mælt um höfuðstafanna rit, þeirra er syrir två skal einn vera, þá kalla ek eigi rágnt nè illa ritað, þó að hinir tveir sè þar heldr ritnir, er hvārgi er höfuðstafr, er þó vilja ek heldr einn staf rita, þar sem bæði stoðar jamnmikit einn ok två, til þess, sem ek sagða, at rit verði minna ok skjótara ok bóksell drjúgara. En þat veit ek eigi hvat þá skal að hafa, ef svá illa verðr at enn höggst nokkurr í ok mælir svá: þar sem þú rítr höfuðstaf einn, kveðr hann, ef hann ræðr þat, eða samhljóðendr två einskonar samfellda í einni ok enni sömu samstöfу, segir þú, þar vil ek hvārki rita samhljóðendr två nè höfuðstaf einn, til þess að auka atkvæðit, nè enn heldr þann, sem eigi sè höfuðstafr, til þess at mínnka, heldr rit ek einn ens sama konar¹ jafnan, ok eigi höfuðstaf nema í upphafi orðs ok vers, ok kveði svá mjök eða litt að hverjum, sem ek ræð síðan; eða eigi ræki ek að ek kveða jafnmjök at öllum. Hvað skal þá aðhafa? kvað ek; hvað þá, nema sjána honum svá skýr dæmi þeirra greina, er hann skilr engvar áðr vera, að þá þikkist hann of seinn verða til að mæla seálsr á mótt sér, ok verða syrri að bragði en² þeir er ella mundu sífla hann, ok kalla sem væri spakara ef þegði. Nú eru hér þau dæmi, er bráðasángs fundust³, en síðan nokkuru ljóslegarr til móls færð ok skilníningar: ú bë, uBe; sekr, seKr; [h]ödu, høDu⁴; áfarar, aFarar; þagat, þaGat; øl, øL; frame, fraMe; vina, viNa⁵; krapa, kraPa; hver, hveR; fús, fúS; skjót, skjót⁶.

¹) ens sama, add. W, ex prioribus repetitum. — ²) að, W. — ³) þír, add. W. — ⁴) sic dedimus; a [h]öv, høðo, W, sed antea monitum est auctorem literam ð in alphabetum suum non suscepisse. — ⁵) viña, W. — ⁶) skjott, W.

8. Quæ quum de scriptione literarum initialium, quarum singulæ vice duarum fungi debeant, admodum festinanter scripserim, non tamen prave aut vitiose scriptum esse judicarim, si duæ illæ, quarum neutra initialis sit, potius eo loco scribantur; quanquam malo unam literam ibi scribere, ubi utraque tantundem valet, una ac duæ, ut scriptio, quemadmodum dixi, brevior fiat et celerior membranaque diutius sufficiat. Sed nescio quid faciendum sit, si tam male accidat, ut etiam nunc aliquis contra dicat, sic loquens: quum tu (inquit, modo id agat) unam scribas literam initialem aut duas consonantes ejusdem generis, in una eademque syllaba, ut dicis, juxta positas, ego neque duas volo consonantes scribere, neque unam initialem pronuntiationis amplificandæ, neque eam, quæ non sit initialis, diminuendæ caussa, sed scribo unam ejusdem generis perpetuo, neque initialem nisi in principio versus aut periodi, quæ litera tam duriter leniterve pronuntianda est, quam postea docebo, nec equidem curaverim, parine sono omnes exprimam. Quid igitur faciendum est? inquietbam. Quid? nisi ut illi ostendam tam luculenta exempla harum distinctionum, quarum nullam antea intellexerit, ut tandem animadvertat, nimis serum esse sibi ipsi contradicere, eosque præveniat, qui alias eum stultum appellarent et dicerent prudentius acturum, si taceret. En igitur exempla, quæ, per saturam collecta, postea ad sensum et intellectum aliquanto clariorem reducta sunt: ú bë, uBe; secr, seKr; hødu, høDu; áfarar, aFarar; þagat; þaGat; øl, øL; frame, fraMe; vina, viNa; krapa, kraPa; hver, hveR; fús, fúS; skjót, skjótT.

ú, bē, þat eru tvau nöfn tveggja bókstafa, en *uBe* þat er eins manns eitt nafn; *sekr* er skóarmaðr, en *sekkr* er ílát; *hōdu*¹ þá er Högatröll² dó, en heyrði til *hoddu* þá er Þórr bar hverinn³; betra er hverjum syrr *þagað*, en annarr hafi *þaggað*; eigi eru *þl* *þll* að einu; meiri þíkkir stýrimannsins *framī*, en þess er þiljurnar byggir *frammi*; sá er mestr guðs *vina* er mest vill til *vinna*; vaða opt til kirkju *krapa*, þó að þar fái leið *krappa*; *hver* kona ok *hverr*⁴ karlmaðr skyldu þess *fūs*, sem guð er *fūss*: þá munu þau til góðra verka *skjót*, ok hafa guðs hylli *skjótt*.

9. Nú um þann mahn er rita vill, eða nema að væru máli ritið, annaðtveggja helgarj þýðingar eða lög eðr áttvísí, eða svá hveregi er maðr vill skynsamlega nytsemi á bók nema, eðr kenna, enda sè hann svá litillátr í fróðleiksástinni, að hann vili nema litla skynsemi heldr en öngva, þá er á meðal verðr ennar meiri; þá lesi hann þetta kapítulum vandlega, ok bæti, sem í mörgum stöðum mun þurfa, ok meti viðleitni mína, en værkynni úkænsku, hafi stafros þetta, er hér er áðr ritað, unnnz hann fær þat er honum líkar betr: a, á; ɔ, ɔ̄; e, é; ɛ, ɛ̄; i, í; o, ó; œ, œ̄; u, ú; y, ý. b, B; c, K; d, D; f, F; g, G, ɔ; h, L; m, M; n, N; p, P; r, R; s, S; t, T; x; þ; ^w₅, ^ɔ, ⁷, ⁷, ⁻, [!].

¹) in W hoðo scriptum. — ²) Respici puto ad ignotam aliquam fabulam de Thorgerda Holgabruna, quae Hördatröll, gigas Hordiana, dicitur Fms. 11, 134. — ³) Respicitur Hymiskvida str. 34. Hoc loco deest explicatio vocum áfarar, affarar. — ⁴) additum secundum exemplum, antea propositum. — ⁵) hanc figuram Raskii ed. dedit per & i. e. &, et, quae forma in alphabetum, secundum antecedentia, recipienda non est; figura codicis W, non perspicue scripta, simillima esse videtur ^w i. e. ur, or.

ú, bē sunt nomina duarum literarum, *ubbe* vero unius viri unum nomen est; *sekr* (damnatus) est proscriptus, *sekkr* (soccus) receptaculum; gerebant (*hōdu*) tum, quum gigas Halogiana extincta est, sed auditus est clangor ansæ (*hoddu*), quum Thor lebetem portaret. Satius cuique est tacuisse (*þagat*), quam ut alias eum ad silentium coegerit (*þaggat*). Non omnes (*þll*) compotationes (*þl*) pares sunt. Major existimatur honor (*framī*) gubernatoris, quam ejus, qui foros in anteriori parte navis (*frammi*) occupat. Is dei amicorum (*vina*) summus est, qui plurimos labores suspicere (*vinna*) vult. Tabidam nivem (*krapa*) ad templum pertransire, etsi eo viant impeditam (*krappa*) nanciscatur. Quæque (*hver*) femina et quisque (*hverr*) vir earum rerum cupidi (*fūs*) esse debent, quarum rerum deus cupidus (*fūss*) est: tum essent ad bona opera celeres (*skiót*) et favorem dei celeriter (*skitótt*) consequerentur.

9. Ceterum quisquis sacras interpretationes vel leges vel genealogias aut scribere aut nostro sermone scriptas discere, aut qualemcumque utili rem, rationi consenteam, e scripto discere vel docere cupiat, qui quidem ea sit in vero cognoscendo animi æquitate, ut ex multa scientia potius aliquantulum, quam nihil, discere velit: is hoc capitulum (hunc tractatum) diligenter perlegat, et multis locis emendatione, ut opinor, egens (egentem) corrigat, meos conatus boni consulat, imperitiæ veniam det, atque hoc alphabeto, quod hic antea scriptum est, utatur, donec, quod ei magis placuerit, accipiat: a, á; ɔ, ɔ̄; e, é; ɛ, ɛ̄; i, í; o, ó; œ, œ̄; u, ú; y, ý. b, B; c, K; d, D; f, F; g, G, ɔ; h, L; m, M; n, N; p, P; r, R; s, S; t, T; x; þ; ^w₅, ^ɔ, ⁷, ⁷, ⁻, [!]. ^w(ra, ar, va), ^ɔ(us), ⁷(er, ir), ⁻(m, n), [!](ri).